Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

plebis sacra collegia ac sanctitatis sue a
more patris et utilitate perfruuntur. Dilexerunt
eum omnes et pre omnibus abbas suus. qui
et post se totis cohortibus fratrum preferebat
illum. Ille autem omni uilitate et extremita
te contentus. quanto magnus erat. tanto
se cunctis inferiorem prebuit. Quanto spirituali
bus diuiciis diues. tanto in oculis homi
num paruus pauper. et despectus esse concupie
rat. Dicunt autem abbas et fratres eius de eo. quod
in omni uirtute ad unguem perfectus est. et
extra martirium uere sanctus erat. Sic de die
in diem semper nouus. et seipso robustior sur
crescens. ad diuine contemplacionis fastigia
uelut castissima turtur euolauerat.

Volens autem dominus ostendere seruo suo
cuius meriti uiueret. in conspectu
suo monstrat ei per uisum duos ordines in
celo. unum purpureo. alterum niueo amic
tu. quibus sub diuersa specie singulare meri
tum et propria merces. Ambobus tamen
esca et potus erat. laus perpetua creatoris.
Et facta est uox ad eum dicens. In utrisque
est tibi locus. cum uacatio mense et aptissimus
honor. Cuius rei uisionem abbati suo cum
exponeret. non hoc de se. sed uelut sanctissimus
paulus reuelacionis sue misteria de alio nar
rat homine. Scio inquit hominem huiusmodi
cui dominus per uisum talia ostendit. et hec ipsa
donaturum se ei promittit.

Hoc ipso tempore iter agit romam
rex francorum otto tercius. pulchri ce
saris pulcherrima proles. Decursis quippe
puerilibus annis. cum iam uelut lanugi
ne barbe floreret. tempus et uirtus maior
annis imperatoriam sibi exposcerant
dignitatem. Roma autem cum caput mundi
et urbium domina sit et uocetur. sola regem imperare
facit. Cuiusque principis sanctorum corpus suo sinu
refoueat. merito principem terrarum ipsa
constituere debet. Suus ipsis diebus
pontifex acerrima febre correptus. corpus
terre animam celo utrumque in sua dimisit
exordia. Rex autem otto alpium niues mul
to milite transmeans. iuxta sacram urbem
rauennam regalia castra metatus est. Ibi
in eius occursum ueniunt episcopi cum nunciis.
quos mittunt romam proceres et sena
torius ordo. primo illius aduentum uelut
otto tempore paterne mortis. non uisum
totis uisceribus desiderare. ac debita fi
delitate pollicitantur exspectare. deinde
in morte domini apostolici tam sibi quam illis
non minimam in uecta esse partem incom
modorum annunciant. et quem pro eo pone
rent. regalem exquirunt sententiam.

Erat item in capella regis quidam
clericus bruno. secularibus literis egre
gie eruditus. et ipse egregio sanguine ge
nus ferens magne indolis. sed quod minus
bonum multum feruide iuuentutis. Hunc
quia regi placuit. a maioribus electum
magontinus archipresul willegisus. et
suus collega ildebaldus episcopus adduxerunt
romam. Proinde a romanis honorifice
susceptum. ad hoc ordinati episcopi apostolico hono
re promulgarunt. Superueniens eciam rex
romano more egregie accipitur. deinde
et magno gaudio omnium imperatorium
attigit apicem. Letantur cum prioribus
minores ciuitatis. cum [illegible] afflicto paupere
exultant agmina ui[illegible] duarum. quia nouus
imperator dat iura populis. [illegible] dat iura nouus

His temporibus [illegible] xpi [illegible] papa
carissimus ille [illegible] cesar. cui circa
seruos dei maximum studium semper
et diligens cura fuit. crebro alloquitur
sanctum adalbertum et habebat eum sibi familia
rem. audiens libenter quecumque sibi diceret.
Archiepiscopus uero willegisus. ueterem